

miseriordia eius super israel. Omnis quoque populus vociferabatur clamore magno in laudando dominum: eo quod fundatum esset templum domini. Plurimi etiam de sacerdotibus et leuitis et principes patrum et seniores qui viderant templum prius cum fundatum esset. et hoc templum in oculis eorum flebant voce magna. et multi vociferantes in leticia eleuabant vocem. nec poterat quisquam agnoscere vocem clamoris letantium: et vocem fletus populi. Commixtum enim populus vociferabatur clamore magno: et vox audiebatur procul.

**C. S.** Impeditur edificatio ab hostibus samarie scribunt epistolas accusationis: et dicunt quod si edificatur ciuitas tributa regi persarum non dabitur: prohibetur opus templi.

**A** **Ca. III**  
**A** Adierunt autem hostes iude et bethsamin qui filii captiuitatis edificarent templum domino deo israel. et accedentes ad zorobabel et ad principes patrum: dixerunt eis. Edificemus vobiscum. quia ita ut vos iurimus deum vestrum. Ecce nos immolauimus victimas a diebus assoraddam regis assur: quod adduxit nos huc. Et dixit eis zorobabel et iosue et reliqui principes patrum israel. Non est nobis et vobis ut edificemus domum deo nostro. sed nos ipsi soli edificabimus deo nostro sicut precepit nobis cyrus rex persarum. Factum est igitur ut populus terre impediret manus populi iude: et turbaret eos in edificando. Conduxerunt quoque aduersus eos consiliatores ut destruerent consilium eorum omnibus diebus cyri regis persarum: et usque ad regnum darium regis persarum. In regno autem assueri ipse est artaxerxes. In principio regni eius scripserunt accusationem aduersus habitatores iude et hierusalem. Et in diebus artaxerxis scripsit besella mitridates et thabael et reliqui qui erant in consilio eorum ad artaxerxem regem persarum. Epistola autem accusationis scripta erat syriace: et legebat sermone syro. Reu beeltheem et samsai scriba scripserunt epistolam unam de hierusalem artaxerxi regi babilonem. Reu beeltheem et samsai scriba et reliqui consiliatores eorum. dynei. et apbarsatbei therphalei. arphasei. berchuei. babilonij. susanachei. dyei. et elamite. et ceteri de gentibus que transtulit assennaphar magnus et gloriosus. et habitare eas fecit in ciuitatibus samarie. et in reliquis regionibus trans flumen in pace. Hoc est exemplar epistole quam miserunt ad eum artaxerxi regi serui tui viri qui sunt trans flumen: salutem dicunt. Notum sit regi: quia iudei qui ascenderunt a te ad nos venerunt in hierusalem ciuitatem rebellem et pessimam: quam edificant extruentes muros eius et parietes componentes. Nunc igitur notum sit regi: quia si ciuitas illa edificata fuerit: et muri eius instaurati: tributum et vectigal et annuos redditus non dabunt et usque ad reges bec nota perueniet. Nos ergo memores salis quod in palatio commedimus. et quia lesiones regis videre neque

ducimus. idcirco misimus et nunciamus regi ut recenseas in libris historiarum patrum tuorum: et inuenies scriptum in commentariis: et scies quoniam urbs illa urbs rebellis est et nocens regibus et prouinciis et bella concitant in ea ex diebus antiquis: quod obrem et ciuitas illa destructa est. Nunciamus nos regi: quoniam si ciuitas illa edificata fuerit. et muri ipsius instaurati: possessionem trans flumen non habebis. Verbum misit rex ad reum beeltheem et samsai scribam. et ad reliquos qui erant in consilio eorum habitatores samarie et ceteris trans flumen salutem dicens et pacem. Accusationem quam misistis ad nos manifeste lecta est coram me et a me preceptum est et recensuerunt: inueniuntque quoniam ciuitas illa a diebus antiquis aduersum reges rebellat et seditiones et prelia concitantur in ea. Nam et reges fortissimi fuerunt in hierusalem. qui et dominati sunt omni regioni que trans flumen est. Tributis quoque et vectigal et redditus accipiebant. Nunc ergo audite sententiam. Prohibeatis viros illos ut urbs illa non edificetur donec si forte a me iussum fuerit. Videte ne negligenter hoc impleatis et paulatim crescat malum contra reges. Itaque exemplum edicti artaxerxis regis lectum est coram reu beeltheem et samsai scriba et consiliariis eorum. Et abierunt festini in hierusalem ad iudeos: et prohibuerunt eos in brachio et robore. Tunc intermissum est opus domus domini in hierusalem. et non fiebat usque ad annum secundum regni darium regis persarum.

**C. S.** Ad exhortationem aggei et zacharie zorobabel et iosue iterum edificare templum incipiunt: et pascha celebratur trans flumen: consulit darium per epistolas super hoc.

**Ca. V**  
**D** Propheetauerunt autem aggeus propheta et zacharias filius addo prophetae ad iudeos qui erant in iuda et hierusalem: in nomine dei israel. Tunc surrexerunt zorobabel filius salathiel et iosue filius iosedech: et ceperunt edificare templum domini in hierusalem. et cum eis prophete dei adiuuantes eos. In ipso autem tempore venit ad eos thabannai qui erat dux trans flumen et starbuzannai et consiliarij eorum: sicque dixerunt eis. Quis dedit vobis consilium. ut domum hanc edificaretis et muros eius instauraretis? Ad quod respondimus eis que essent nomina hominum auctorum edificationis illius. Oculus autem dei eorum factus est super senes iudeorum. et non potuerunt inbibere eos. Placuitque ut res ad darium referretur: et tunc satisfacerent aduersus accusationem illam. Exemplar epistole quam misit thabannei dux regionis trans flumen et starbuzannai et consiliatores eius apbarsatbei qui erant trans flumen: ad darium regem. Sermo quem miserant ei sic scriptus erat Dario regi pax omnis. Notum sit regi esse nos ad iudeas prouinciam ad domum dei magni que edificat lapide impolito: et ligna ponunt in pietibus. opusque



quid diligenter extruatur et crescit in manibus eorum. Interrogauimus ergo senes illos: et ita diximus eis. Quis dedit vobis potestatem domum hanc edificaretis: et muros hanc instauraretis? Sed et nomina eorum quesuimus ab eis ut nunciaremus tibi. scripsimusque nomina eorum virorum qui sunt principes in eis. Huiusmodi autem sermonem responderunt nobis dicentes. Nos sumus serui dei celi et terre. et edificamus templum quod erat extructum ante hos annos multos quodque rex israel magnus edificauerat et extruxerat. Postquam autem ad iracundiam prouocauerunt patres nostri deum celi tradidit eos in manus nabuchodonosor regis babilonis chaldei. domum quoque hanc destruxit et populum eius transtulit in babilonem. Anno autem primo cyri regis: cyrus rex babilonis proposuit edictum ut domus dei edificaretur. Nam et vasa templi dei aurea et argentea que nabuchodonosor tulerat de templo quod erat in hierusalem: et asportauerat ea in templum babilonis: protulit cyrus rex de templo babilonis et data sunt sasabasar vocabulo: quem et principem constituit. dixitque ei. Hec vasa tolle et uade: et pone ea in templo quod est in hierusalem: et domus dei edificetur in loco suo. Tunc itaque sasabasar ille venit: et posuit fundamenta templi dei in hierusalem. et ex eo tempore usque nunc edificatur et necdum completum est. Nunc ergo si videtur regi bonum recenseat in biblioteca regis que est in babilone. vtrum nam a cyro rege iussum fuerit ut edificaretur domus dei in hierusalem: et voluntatem regis super hac remittat ad nos.

**E. S.** Darius bibliothecam faciens renouit decretum cyri regis precepisse: et quod ipse edificauerit propriis sumptibus: dat et ipse preceptum quod edificet domus domini: et concedit iudeis fortissimum privilegium celebratur solennitas azymorum. **Ca. VI**

**T**unc darius rex precepit et recesserunt in biblioteca librorum qui erant repositi in babilone: et inuentum est in egbarbanis quod est castrum in mediana provincia: volumen ynum talisque scriptus erat in eo commentarius. Anno primo cyri regis. cyrus rex decreuit ut domus dei edificaretur que est in hierusalem in loco ubi immolant hostias: et ut ponant fundamenta supportantia altitudinem cubitorum sexaginta: et latitudines cubitorum sexaginta. ordines de lapidibus impositis tres. et sic ordines de lignis nouis. Substantia autem de domo regis dabuntur. Sed et vasa templi dei aurea et argentea que nabuchodonosor tulerat de templo hierusalem. et attulerat ea in babilonem: reddant et referant in templum hierusalem in locum suum que et posita sunt in templo dei. Nunc ergo thantannai dux regionis que est trans flumen et starbuzannai et consiliarius vestri apparthabei qui estis trans flumen. paul recedite ab illis: et dimittite fieri templum dei illud a dux iudeorum et a senioribus eorum. et domus dei illa edificet in loco suo.

Sed et a me preceptum est quod oporteat fieri a presbyteris iudeorum illis ut edificetur domus dei. scilicet ut de arca regis. id est de tributis que dantur de regione trans flumen: studiose sumptus dentur viris illis ne impediatur opus. Quod si necesse fuerit et vitulos et agnos et hedos in holocaustum deo celi. frumentum sal vinum et oleum secundum ritum sacerdotum qui sunt in hierusalem detur eis per singulos dies ne sit in aliquo querimonia. et offerant oblationes deo celi: orantes pro vita regis et filiorum eius. Et me ergo positum est decretum ut omnis homo qui hanc mutauerit iussione: tollatur lignum de domo ipsius: et erigatur et configatur in eam: domus autem eius publicetur. Deus autem qui habitare facit nomen suum ibi. dissipet omnia regna: et populum qui extenderit manum suam ut repugnet et dissipet domum dei illam que est in hierusalem. Ego darius statui decretum. quod studiose impleri volo. Igitur thantannai dux regionis trans flumen et starbuzannai et consiliarius eius secundum quod preceperat darius rex sic: diligenter executi sunt. Seniores autem iudeorum edificabant et prosperabantur iuxta prophetiam aggei. prophete et zacharie filij addo. Et edificauerunt et construxerunt iubente deo israel: et iubente cyro et dario et artaxerxe regibus persarum. et compleuerunt domum dei istam usque ad diem tertium mensis adar qui est annus sextus regni darii regis. Fecerunt autem filij israel sacerdotes et leuite et reliqui filiorum transmigrationsi dedicationem domus dei in gaudio et obtulerunt in dedicatione domus dei vitulos centum. arietes ducentos agnos quingentos. bircos caprarum pro peccato totius israel. duodecim iuxta numerum tribuum israel. Et statuerunt sacerdotes in ordinibus suis et leuitas in vicibus suis super opera dei in hierusalem: sicut scriptum est in libro moysi. Fecerunt autem filij transmigrationsi pascha quartadecima die mensis primi. Purificati enim fuerant sacerdotes et leuite quasi vnus: omnes mundi ad immolandum pascha vniuersis filij transmigrationsi et fratribus suis sacerdotibus: et sibi. Et comederunt filij israel qui reuersi fuerant de transmigrationsi et omnes qui se separauerant a coinquinatione gentium terre ad eos ut quererent dominum deum israel. Et fecerunt solennitatem azymorum septem diebus in leticia. quoniam letificauerat eos dominus: et conuerterat cor regis assur ad eos ut adiuuaret manus eorum in opere domus domini dei israel.

**E. S.** Ascendit Esdras de babilone de edito artaxerxis. de honore templi. de libertate ministerium eius. **Ca. VII**

**D**ist hec autem verba in regno artaxerxis regis persarum: esdras filius saraie filij a sarie. filij helchie filij sellu. filij sadoch. filij achitob filij amarie. filij azarie filij marasotb. filij sarie. filij ozi filij boccai

**H** iij. esd. viij. a



filij abissue. filij pbinces. filij eleazar. filij aarō  
 sacerdotis ab initio: ipse esdras ascendit de ba  
 bylone. et ipse scriba velot in lege moysi quam  
 dominus deus dedit israel. Et dedit ei rex sm  
 manum domini dei eius bonā super eum oēm  
 petitionē eius. Et ascēderunt de filiis israel et  
 de filiis sacerdotum et de filiis leuitarum et de  
 cantoribus et de ianitoribus et de natbinneis:  
 in hierusalem anno septimo artaxerxis regis.  
 et venerunt in hierusalē mense quinto. ipse est  
 annus septimus regis. Quia in primo die mē  
 sis primi cepit ascendere de babylone. et in pri  
 mo die mensis quinti venit in hierusalem in  
 manu dei sui bonam super se. Esdras autez pa  
 ravit cor suum vt inuestigaret legem dñi: et fa  
 ceret et doceret in israel pceptum et iudiciū.  
 Hoc est autem exemplar epistole edicti. qđ de  
 dit rex artaxerxes esdre sacerdoti scribe erudi  
 to in sermonibus et pceptis dñi: et cerimo  
 niis eius in israel. Artaxerxes rex reguz. esdre  
 sacerdoti. scribe legis dei celi doctissimo salu  
 tem. A me decretum est: vt cuiuscūq; placuerit  
 in regno meo de populo israel et de sacerdoti  
 bus eius et de leuitis ire in hierusalem tecū va  
 dat. A facie enim regis et septem consiliatorū  
 eius missus es vt visites iudeam et hierusalem  
 in lege dei tui que est in manu tua. et vt feras  
 argentū et aurum quod rex et consiliatores ei  
 sponte obtulerunt deo israel cuius in hierusa  
 lem tabernaculū est. Et omne argētū et aurū  
 quodcūq; inueneris in vniuersa prouincia ba  
 bylonis et populus offerre voluerit et de sacer  
 dotibus qui sponte obtulerint domū dei sui  
 que est in hierusalē: libere accipe: et studiose e  
 me de hac pecunia vitulos. arietes. agnos. et sa  
 crificia et libamina eorū: et offer ea super alta  
 re templi dei vestri quod est in hierusalē. Sed  
 et si quid tibi et fratribus tuis placuerit de re  
 liquo argento et auro vt faciatis: iuxta volun  
 tatem dei vestri facite. Vasa quoq; que dantur  
 tibi ministerium domus dei tui. trade in cōspe  
 ctu dei in hierusalē. Sed et cetera quibus op  
 fuerit in domū dei tui. quātūcūq; necesse ē vt  
 expendas dabis de thesauro et de fisco regis  
 et a me. Ego artaxerxes rex statui atq; decreui  
 omnibus custodib; arce publice qui sunt tras  
 flumen vt quodcūq; petierit a vobis esdras sa  
 cerdos scriba legis dei celi absq; mora detis vs  
 q; ad argenti talenta centum. et vsq; ad frumē  
 ti choros centum. et vsq; ad vini bathos centū  
 et vsq; ad bathos olei centū. sal vero absq; mē  
 sura. Omne quod ad ritum dei celi pertinet: tri  
 buatur diligenter in domo dei celi. ne forte ira  
 scatur contra regnū regis et filiorū eius. Vobis  
 quoq; notum facimus de vniuersis sacerdoti  
 bus et leuitis: cantoribus et ianitoribus na  
 tbinneis et ministris domus dei huius. vt vecti  
 gal. et tributū et annonas non habeatis pote  
 statē imponendā super eos. Tu autē esdra sm sa  
 piētā dei tui que est in manu tua constitue iu  
 dices et pñdes: vt iudicent omni populo qui est

trans flumen. his videlicet qui nouerūt legem  
 dei tui. sed et impios docete libere. Et omnis  
 qui non fecerit legem dei tui et legē regis dissi  
 genter: iudiciū erit de eo siue in morte siue in  
 exilium. siue in condēnationē sube eius. vel cer  
 te in carcerē. Et dixit Esdras scriba. Benedictus  
 dominus deus patrum nostrorum qđ dedit hoc  
 in corde regis vt glorificaret domū dñi que est  
 in hierusalē et in me inclinauit misericordiam  
 suā corā rege et cōsiliatoribus eius et vniuersis  
 principibus regis potentibus. Et ego confos  
 tatus manu dñi dei mei que erat in me: cōgre  
 gaui de israel principes qui ascēderūt mecum.  
 C. L. S. De his qui ascēderūt cū Esdra et dire  
 ctione itineris post fletū et ieiuniū. Appēdun  
 tur vasa tēpli. et offerunt ea cū holocaustis in  
 hierusalem.

## Capitulum VIII

**H** sunt ergo principes familiarum et  
 genealogia eorū qui ascēderūt mecum  
 in regno artaxerxis regis de babylone.  
 De filiis pbinces. gerson. De filiis  
 srbamar. daniel. De filiis David artabus. De fi  
 liis sechenie: et de filiis pbaros: zacharias: et  
 cū eo numerati sunt viri centū quinquaginta.  
 De filiis pbetinoab. elioenai filius sarec: et cū  
 eo ducenti viri. De filiis sechenie: filius ezechiel.  
 et cū eo trecenti viri. De filiis adan. naberb  
 filius ionathan et cū eo quinquaginta viri. De  
 filiis belā esafas filius atthalie. et cum eo septu  
 aginta viri. De filiis saphatie. zebedia filiū mi  
 chael: et cum eo octoginta viri. De filiis ioab.  
 obedā filius ibeibel. et cum eo ducenti decem  
 et octo viri. De filiis selomitb. filius iospbie. et  
 cum eo centum setaginta viri. De filiis bebai  
 zacharias filius bebai. et cum eo viginti octo vi  
 ri. De filiis ezeab iohannā filius ezethan et cū  
 eo centū decē viri. De filiis adonicā qui erant  
 nouissimi. et hec nomina eorū. belispeleth et bel  
 bel et samaias. et cū eis setaginta viri de filiis  
 beggū. vrbai. et zachur: et cū eis septuaginta  
 viri. Congregauit autē eos ad fluuiū qui decur  
 rit ad bana: et mansim ibi tribus diebus. Quo  
 finiū in populo. et in sacerdotibus de filiis le  
 ui: et non inueni ibi. Itaq; misi beliser et ariel  
 et semeiā et belnatban. et arsb et alterū belna  
 tban et natbā et zachariā et mosollā principes  
 et ioarib et belnatban: sapiētes: et misi eos ad  
 beddo qui est primus in caspbie loco. Et posui  
 in ore eorum verba que loquerent ad beddo.  
 et ad fratres eius natbineos in loco caspbie vt  
 adducerēt nobis ministros domos dei nostri.  
 Et adduxerūt nobis per manū dei nostri bonā  
 super nos virū doctissimū de filiis mooll: filij  
 leui. filij israel. et sarabiā: et filios eius et fra  
 tres eius decē et octo. et asabiā et cum eo esaf  
 am de filiis merari: fratresq; eius et filios ei  
 viginti. Et de natbinneis quos dederat dauid  
 et principes ad ministeria leuitarum natbinne  
 os ducēros viginti. Omnes hi suis noibus vo  
 cabant. Et predicant ibi ieiuniū iuxta fluuiū  
 bana vt affligeremur corā dño deo nostro et pe



teremus ab eo viam rectam nobis et filiis nostris: uniuersosque substantie nostre. Erubui enim petere regem auxilium et equites qui defenderent nos ab inimico in via, quia dixeram regi, Deus dei nostri est super omnes qui querunt eum in bonitate, et imperium eius et fortitudo eius et furor super omnes qui derelinquunt eum. Ieiunauimus autem et rogauimus deum nostrum pro hoc, et euenit nobis prospere. Et separaui de principibus sacerdotum duodecim, sarabiam et asabiam, et cum eis de fratribus eorum decem. Appendi quoque eis argentum et aurum et vasa consecrata domus dei nostri que obtulerat rex et consiliatores eius et principes eius, uniuersosque israel eorum qui inuenti fuerant. Et appendi in manibus eorum argenti talenta sexcenta quinquaginta, et vasa argentea centum, auri vero centum talenta, et crateras aureas viginti que habebant solidos millesimos, et vasa eris fulgentis optimi duo pulchra et aurum. Et dixi eis, Vos sancti domini et vasa sancta et argentum et aurum: quod sponte oblatum est domino deo patrum nostrorum. Vigilate et custodite: donec appendatis coram principibus sacerdotum et leuitarum et ducibus familiarum israel in hierusalem in thesauris domus domini. Susceperunt autem sacerdotes et leuite pondus argenti et auri et vasorum ut deferrent hierusalem in domum dei nostri. Promouimus ergo a flumine bana duodecima die mensis primiti pergeremus hierusalem. Et manus dei nostri fuit super nos et liberauit nos de manu inimici et insidiatoris in via. Et uenimus hierusalem et mansimus ibi tribus diebus. Die autem quarta appensum est argentum et aurum et vasa in domo dei nostri pro manu remoth filii uzie sacerdotis: et cum eo eleazar filius phinees, cuiusque eis iozabed filius iosue et noadai filius bennoi leuite furta numerum et pondus omnium. Descriptum est omne pondus in tempore illo. Sed et qui uenerant de captiuitate filii transmigracionis obtulerunt holocausta deo israel, vitulos duodecim pro omni populo israel, arietes nonaginta sex, agnos septuaginta septem, bircos pro peccato duodecim, omnia in holocaustum domino. Dederunt autem edicta regis satrapis qui erant de conspectu regis et ducibus trans flumen: et eleuauerunt populum et domum dei.

**¶** S. Nunciaf Esdre quod filii israel non sunt separati a populo terre: imo etiam duxerunt in uxores filias eorum. hoc audito Esdras scidit pallium suum et tunicam et euellit pilos capitis eius et sedens plorat.

**¶** Ca. IX

**¶** **D**istinctio autem hec completa sunt, accesserunt ad me principes dicentes, Non est separatus populus israel et sacerdotes et leuite a populis terrarum, et de abominationibus eorum chananei uel delicti et ethei et pberesei et sebusi et amonitarum et moabitarum et egyptiorum et ammoreorum

Tulerunt enim de filiabus eorum sibi et filiis suis, et commiscuerunt semen sanctum cum populis terrarum. Danus etiam principum et magistratum fuit in transgressione hac prima. Cumque audissem sermonem istum, scidi pallium meum et tunicam, et euelli capillos capitis mei et barbe et sedi merens. Conuenerunt autem ad me omnes qui timebant uerbum dei israel, pro transgressione eorum que de captiuitate uenerant, et ego sedebam tristis usque ad sacrificium uespertinum. Et in sacrificio uespertino surrexi de afflictione mea et scisso pallio et tunica curuaui genua mea et expandi manus meas ad dominum deum meum et dixi, Deus meus confundor et erubescio. **leua** re facies meam ad te: quoniam iniquitates nostre multiplicatae sunt super caput nostrum, et delicta nostra creuerunt usque ad celum a diebus patrum nostrorum. Sed et nos ipsi peccauimus grauiter usque in diem hanc: et in iniquitatibus nostris traditi sumus ipsi et reges nostri et sacerdotes nostri in manus regum terrarum, et in gladium et in captiuitatem et in rapinam et in confusionem uultus sicut et die hac. Et nunc quasi ad parum et momentum facta est deprecatio nostra apud dominum deum nostrum ut dimitteretur nobis reliquie: et daretur pax illius in loco sancto eius et illuminaret oculos nostros deus noster, et daret nobis uitam modicam in seruitute nostra: quia serui sumus et in seruitute nostra non dereliquit nos deus noster et inclinauit super nos misericordiam coram rege persarum: ut daret nobis uitam et sublimaret domum dei nostri, et extrueret solitudines eius, et daret nobis spem in iuda et hierusalem. Et nunquid dicemus domine deus noster post hec. Quia dereliquimus mandata tua que precepisti in manu seruorum tuorum prophetarum dicens, Terra ad quam uos ingredimini ut possideatis eam: terra imunda est iuxta immundiciam populorum: ceterarumque terrarum abominationibus eorum que replerunt eam ab ore usque ad os conuersionis sue. Nunc ergo filias uias ne detis filiis eorum et filias eorum ne accipiat filii uestris, et non gratis paces eorum et prosperitatem eorum usque in eternum ut confortemini et comedatis que bona sunt terre et beredes habeatis filios uestros usque in seculum. Et post omnia que uenerunt super nos in operibus nostris pessimis et in delicto nostro magno, quia tu deus noster liberaasti nos de iniquitate nostra et dedisti nobis salutem sicut est hodie ut non conuertemur et irrita faceremus mandata tua: neque matrimonia iungeremus cum populis abominationum istarum. Nunquid iratus es nobis usque ad consummationem: ne dimitteres nobis reliquias ad salutem. Domine deus israel iustus es tu, quoniam derelicti sumus que saluaremur sicut die hac. Ecce coram te sumus in delicto nostro. Non enim sciri potest coram te super hoc.

**¶** S. Penitet et luget populi: sepantur uires alienigene; describuntur illi que eas abiece

**¶** Esdr. viii. e



# Neemie qui est Esdre secundus

runt.

**A**  
ij. esdr. v. ij. g

**S**ic ergo orante esdra et implorante deum: et flente et facente animum templum dei: collectus est ad eum de israel ceteris grandis nimis virorum et mulierum et puerorum. Et fleuit populus multo flentu. Et respondit iechonias filius sebiel de filiis belai: et dixit esdre. Nos preuaricati sumus in deum nostrum: et durimus viros alienigenas de populis terre. Et nunc si est penitentia in israel super hoc, percipiamus sedus, cum domino deo nostro ut percipiamus uniuersas viros: et eos qui de his nati sunt. Iuxta voluntatem domini et eorum qui tenent preceptum domini dei nostri: secundum legem fiat. Surge: tuus est discernere: nosque erimus tecum. Exhortare et fac. Surrexit ergo esdras et adiuuauit principes sacerdotum et leuitarum et omnem israel ut facerent secundum verbum hoc. Et iurauerunt. Et surrexit esdras a se domum dei: et abiit ad cubiculum iohanna filii eliasib: et ingressus est illuc. Panem non comedit et aquam non bibit. Ugebat enim transgressionem eorum qui uenerant de captiuitate. Et missa est uox in iuda et in hierusalem omnibus filiis transmigratorum ut congregarentur in hierusalem: et omnis qui non uenerit in tribus diebus iuxta preceptum principum et seniorum: auferet uniuersa substantia eius et ipse abiicietur de cetera transmigratorum. Conuenerunt igitur omnes uiri iuda et beniamin in hierusalem tribus diebus. Ipse est mensis nonus uicesima die mensis. et sedit omnis populus in platea domus dei tremetes pro peccato et pluuibus. Et surrexit esdras sacerdos et dixit ad eos. Vos transgressi estis et duristis viros alienigenas ut adderetis super delictum israel. Et nunc date confessionem domino deo patrum uestrorum et facite placitum eius: et separamini a populis terre: et ab uxoribus alienigenis. Et respondit uniuersa multitudo. Dixitque uoce magna. Iuxta uerbum tuum ad nos, sic fiat. Ueritamenque populus multus est et tempus pluuie, et non sustinemus stare foris: et opus non est dei unius uel duorum, uehementer quippe peccauimus in sermone isto constituantur principes in uniuersa multitudine, et omnes in ciuitatibus nostris qui duxerunt viros alienigenas: ueniant in temporibus statutis et cum his seniores pro ciuitatem in ciuitate et iudices eius donec auertat ira dei nostri a nobis super peccato hoc. Igitur ionathan filius azabel, et iaazia filius thecui: steterunt super hoc et mosollai et sebechai leuites adiuerunt eos. Feceruntque sic filii transmigratorum. Et abierunt esdras sacerdos et uiri principes familiarum in domos patrum suorum et omnes pro noia sua: et sederunt in die primo mensis decimi ut quererent rem. Et summati sunt omnes uiri qui duxerunt viros alienigenas usque ad diem primam mensis primi: et inueniuntur de filiis sacerdotum qui duxerunt viros alienigenas de filiis Josue filii iosedech et fratres eius maasia, et eliezer et sarib: et godolia. Et dederunt manus suas ut eijcerent viros

**Ca. X**

res suas: et pro delicto suo arietem de ouibus offererent. Et de filiis emmer, annan et zebedia. Et de filiis serim: maasia et belia et semcia. sebibel: et ozias. Et de filiis pbesur, elioenai, maasia, bismael, nathanael, iosabeth, et belesai. Et de filiis leuitarum iosabeth et semei et celai. ipse est calitbapharbaia: iuda et eliezer. Et de ceteris eliasub, et de ianitoribus sellu et thele et uiri. Et ex israel de filiis pharos remcia et ezia et melchia: et miamim et eliezer et melchia et banaa. Et de filiis belam, mathania: zacharias: et iehibel et abdi et rimoth et helia. Et de filiis zethua elioenai eliasib: nathania et bierimoth et zabeth et azisa. Et de filiis bebai, iohanna: anania, zabbai: athalai. Et de filiis beni, mosolla et meluch et adaias iasub et saal et Ramoth. Et de filiis pbetmoab, edna et chalaal, banaias et maasias mathanias befelebel, bennui et manasse. Et de filiis erem, eliezer, iesue, melchias, semeias, symeon, beniamin, maloch, samarias. Et de filiis asom mathanael, matbet, azabet, elpheleth, iermai, manasses semei. De filiis banai, maaddi, amraz, et buel, baneas et badaias, che liau, bannia, Harimoth, et eliasib, mathanias mathanael et iasi et bani, et bennui semei et salmias et nathan et adaias, mechne, dabal, ysai, sara, ezrel et selemau, et semeria, sellum, amaria, ioseph. De filiis neui abibel, mathathias zabet, zabina, ieddu, et Jobel et banael. Omnes hi acceperant viros alienigenas, et fuerunt ex eis mulieres que pepererant filios.

ij. esdr. ix. a

**B**

**E**

Explicit liber Esdre primus. Incipit liber Neemie

**Ca. I**  
Neemias princeps artaterris audita afflictione iudeorum qui erant in hierusalem, ieiunans querit misericordiam a deo.

**U**erba neemie filii belchie. Et factum in mense casleu anno uicesimo, et ego eram in suis castro. Et uenit ad me anani unus de fratribus meis: ipse et uiri iuda, et interrogauit eos de iudeis qui remanserant et superant de captiuitate et de hierusalem. Et dixerunt mihi. Qui remanserunt et derelicti sunt de captiuitate ibi in puincia, in afflictione magna sunt: et in opprobrio, et murus hierusalem dissipatus est et porte eius combuste sunt igni. Cumque audissem uerba huiusce modi sedit et fleui: et luxi diebus multis, et iesunabam et orabam ante faciem dei celi: et dixi. Queso domine deus celi, fortis magne atque terribilis, qui custodis pactum et misericordiam cum his qui te diligunt: et custodiunt mandata tua, fiant aures tue auscultantes: et oculi tui aperti ut audias orationem serui tui quam ego oro coram te hodie die et nocte pro filiis israel seruis tuis, et confiteor pro peccatis

**B**  
Dan. i. x. f



**E** filioꝝ israel quibus peccauerunt tibi. Et ego ⁊  
domus patris mei peccauiꝰmus. Vanitate sedu-  
cti sumus et non custodiuimus mandatuꝰ tuuꝰ  
⁊ ceremonias ⁊ iudicia q̄ ꝑcepisti moysi famu-  
lo tuo. Memoro uerbi qd̄ maꝑasti moysi ser-  
uo tuo dicens. Quis transgressi fueritis: ego dis-  
perdaꝰ uos in populos. ⁊ si reuertamini ad me  
⁊ custodiat̄is ꝑcepta mea: ⁊ faciat̄is ea: etiam si  
abducti fueritis ad extrema celi. inde congre-  
gabo uos ⁊ reducam in locum quem elegi ut  
habitaret nomen meū ibi. Et ipsi serui tui ⁊ po-  
pulus tuus quos redemisti in fortitudine tua  
magna: ⁊ in manu tua valida. Obsecro dñe sit  
auris tua attendens ad orationem serui tui et  
ad orationem seruoꝝ tuoꝝ qui uolunt timere  
nomē tuū: ⁊ dirige seruuꝰ tuū hodie. ⁊ da ei mi-  
sericordiam ante uirum hunc. Ego enim eram  
pincerna regis.

**C. S.** Neemias ab artaxerxes cū litteris ue-  
nit in hierusalem. considerat ruinas muroꝝ de  
nocte: et causam itineris sui aperit populo ad  
edificandum confortat muros. **Capitulum II**

**A**ctum est autem in mense nisan. an-  
no uicesimo artaxerxis regis. uinum  
erat ante eum. Et leuaui uinum ⁊ de-  
di regi. ⁊ eram quasi languidus ante  
faciē eius. Dixitq̄ mibi rex. Quare uultus tuꝰ  
tristis est: cū te egrotum non uideam. Non est  
hoc frustra: sed malū nescio qd̄ in corde tuo est  
Et timui ualde ac nimis: ⁊ dixi regi. Rex in e-  
t̄ num uiue. Quare non mereat uultus meus: qz  
ciuitas domus sepulcroꝝ patris mei deserta est:  
⁊ porte eius combuste sunt igni. Et ait mibi rex.  
Pro qua re postulas. Et orauit deum celi. ⁊ dixi  
ad regem. Si uidetur regi bonū ⁊ si placet ser-  
uus tuus ante faciē tuaz ut mittas me in iu-  
deam ad ciuitatem sepulcri patris mei. et edi-  
ficabo eam. Dixitq̄ mibi rex et regina q̄ sede-  
bat iuxta eum. Usqz ad qd̄ t̄pus erit iter tuū. et  
quando reuerteris. Et placuit ante uultum re-  
gis: ⁊ misit me. Et constituit ei tempus ⁊ dixi re-  
gi. Si regi uidetur bonū eplas det mibi ad du-  
ces regionis trans flumen ut traducant me do-  
nec ueniam in iudea: ⁊ eplam ad asaph custodē  
falsi regis ut det mibi ligna ut tegere possim  
portas templi: tures domus: et muros ciuitatis  
et domū quam ingressus fuero. Et dedit mibi  
rex iuxta manuꝰ dei mei bonā meū. Et ueni ad  
duces regionis trans flumē: deditq̄ eis eplas  
regis. Miserat autē rex mecuꝰ ꝑncipes mili-  
tum et equites. Et audierunt sanaballath ho-  
ronites: ⁊ tobias seruus amanites. ⁊ contrista-  
ti sunt afflictione magna qz uenisset homo qui  
quereret ꝑsperitatem filioꝝ israel. Et ueni hie-  
rusalem et eram ibi tribus diebus. Et surrexi  
nocte ego ⁊ uiri pauci mecuꝰ. et nō indicaui cui  
qz qd̄ dñs dedisset in corde meo ut facerem in  
hierusalem ⁊ iumentū non erat mecuꝰ nisi ani-  
mal cui sedebam. Et egressus sum per portam  
uallis nocte et ante fontem diaconis: et ad por-

tam stercoꝝis: ⁊ considerabam murū hierusalē  
dissipatuꝰ ⁊ portas eiꝰ consumptas igni. Et trāsi-  
ui ad portam fontis et ad aqueductum regis.  
⁊ non erat locus iumento cui sedebam ut trāsi-  
ret. Et ascendi per torrentem nocte: et confide-  
rabam murū et reuersus ueni ad portam ual-  
lis ⁊ redi. Magistratus autē nesciebant quo  
abiissem aut quid ego facerem. Sed et iudeis  
⁊ sacerdotibus ⁊ optimatibus ⁊ magistratibꝰ  
et reliquis qui faciebāt opus usqz ad id loci ni-  
hil indicaueram. Et dixi eis. Uos nostis affli-  
ctionem in qua sumus. quia hierusalem deser-  
ta est ⁊ porte eius consumpte sunt igni. Ueni-  
te et edificemus muros hierusalem. et non si-  
mus ultra obprobrium. Et indicauit eis manuꝰ  
dei mei qz esset bona mecum. et uerba regis q̄  
locutus est mibi: et aio. Surgamus et edifice-  
mus. Et confortate sunt manus eoruꝰ in bono  
Audierunt enim sanaballath horonites et to-  
bias seruus amanites ⁊ gosem arabs: ⁊ subsā-  
nauerunt nos ⁊ despererunt: dixeruntqz. Que  
est hec res quem facitis? Nunquid cōtra regē  
uos rebellatis? Et reddidi eis ꝑmonez: dixi-  
qz ad eos. Deus celi ipse nos iuuat. et nos serui eiꝰ  
sumus. Surgamus et edificemus. Uobis autē  
non est pars et iusticia ⁊ memoria in hierusalem.

**C. S.** Mures turres porte edificantur: inci-  
pit eliasib sacerdos magnus: distribuunturqz  
uiri iuxta quos edificent. **Capitulum III**

**E**t surrexit eliasib sacerdos magnus et  
fratres eius sacerdotes. et edificaue-  
runt portā gregis. Ipsi sanctificaue-  
runt eam ⁊ statuerunt ualuas eius. ⁊  
usqz ad turrū centum cubitoꝝ sanctificaue-  
runt eam usqz ad turrū ananabel. Et iuxta eū  
edificauerunt uiri hiericho ⁊ iuxta eos edifica-  
uit zachur filius amri. Portā autem pisciuꝰ edi-  
ficauerunt filij asnaa. ipsi teterunt eam. et sta-  
tuerunt ualuas eius et seras ⁊ uectes. Et iux-  
ta eos edificauit marimuth filius uie filij ac-  
cus. Et iuxta eum edificauit mosollā filius ba-  
rachie filij mesezebel. Et iuxta eum edificauit  
sadoch filius baana. Et iuxta eum edificauerunt  
thebueni. Optimates autem eoruꝰ non suppo-  
suerunt colla sua in opere domini dei sui. Et por-  
tam ueterem edificauerunt ioiada filius pba-  
sea ⁊ mosollam filius besodia. ipsi teterunt eā  
⁊ statuerunt ualuas eius ⁊ seras et uectes. Et  
iuxta eos edificauerunt melchias gabaonites  
et iadon meronathites uiri de gabaon ⁊ mas-  
pha pro duce qui erat in regione trans flumen  
Et iuxta eum edificauit ezibel filius araiā au-  
rifex. Et iuxta eum edificauit ananias filij ꝑig-  
mentarij. ⁊ dimiserunt hierusalem usqz ad mu-  
rum platee latioris. Et iuxta eum edificauit ra-  
phaia filius abur ꝑnceps uici hierusalem. Et  
iuxta eum edificauit iesada filij aromath con-  
tra domum suam. Et iuxta eum edificauit ar-  
thas filij asebonie. Medias ꝑrez uici edificauit



## Neemie qui est Esdre secundus

melchias filius erem et asub filius pbetnoab. et turrum furnorum. Et iuxta eos edificauit sellus filius aloes. princeps medie partis vici hierlm: ipse et filij eius. Et portam vallis edificauit anuz et habitatores zanoe: ipsi edificauerunt eam. et statuerunt valuas eius et seras et vectes: et mille cubitos in muro vsq; ad portam sterqlini. Et portam sterqlini edificauit melchias filius rechab princeps vici bethacharem. Ipse edificauit eam et statuit valuas eius et seras et vectes. Et portam fontis edificauit sellum filius colozai. princeps pagi maspha. Ipse edificauit eam et texit: et statuit valuas eius et seras et vectes: et muros piscine syloe in hortum regis et vsq; ad gradus qui descendunt de ciuitate dauid. Post eum edificauit neemias filius azoboth princeps dimidie partis vici bethsur: vsq; contra sepulchrum dauid. et vsq; ad piscinam q grandis opere constructa est. et vsq; ad domus fortium. Post eum edificauerunt leuite reum filius benni. Post eum edificauit asebias princeps dimidie partis vici ceile in vico suo. Post eum edificauerunt fratres eorum: bechiu filius enebad princeps dimidie partis ceile. Et edificauit iuxta eum azer filius iosue princeps maspha mensuram secundam: contra ascensum firmissimi anguli. Post eum in monte edificauit baruch filius zachai mensuram secundam. ab angulo vsq; ad portam domus eliasib sacerdotis magni. Post eum edificauit merimuth filius vrie filij atthus mensuram secundam a porta domus eliasib donec extenderetur domus eliasib. Et post eum edificauerunt sacerdotes viri de caestribus iordanis. Post eos edificauit beniamin et asub contra domum suam. Et post eos edificauit azarias filius maasie filij ananie contra domum suam. Post eum edificauit benui filius ennada mensuram secundam a domo azarie vsq; ad flexuram. et vsq; ad angulum. Post eum edificauit phalel filius ozi contra flexuram et turrum que eminet de domo regis excelsa id est: in atrio carceris. Post eum phadaia filius feros Nabunnei autem habitabat in ofel vsq; contra portam aquarum ad orientem et turrum que promissonebat. Post eos edificauerunt thecueni mensuram secundam e regione a turre magna et eminenti vsq; ad murum templi. Sursum autem ad portam equarum edificauerunt sacerdotes vnusquisq; contra domum suam. Post eos edificauit seddo filius emmer contra domum suam. Et post eum edificauit semeia filius sechenie custos porte orientalis. Post eum edificauerunt anania filius selemie et anon filius selo sextus: mensuram secundam. Post eum edificauit mesollam filius barachie contra gazophylatium suum. Post eum edificauit melchias filius aurificis vsq; ad domum natbinneorum et scuta vendentium contra portam iudicialem et vsq; ad cenaculum anguli. Et intra cenaculum anguli in porta gregis edificauerunt artifices et negotiatores.

**C. L. D.** Sanaballath et tobias edificantes

subannabant et prohibere volebant: et moluntur insidias. at illi armati muros edificabant vna manu populus edificat: altera tenet gladium.

**Capitulum III**  
Actum est autem cum audisset sanaballath: quod edificaremus murum iratus est valde. Et motus nimis subinauit iudeos et dixit coram fratribus suis et frequentia samaritanorum. Quid iudei faciunt imbecilles. Num dimittet eos gentes. Num sacrificabunt et complebunt in vna die. Numquid edificare poterunt lapides de aceruis pulueris qui combusti sunt. Sed tobias amanites primus eius ait. Edificet. Si ascenderit vulpes transiet murum eorum lapideum. Et dixit neemias. Audi de noster quia facti sumus despectui. Conuerte opprobrium super caput eorum et da eos in despectionem in terra captiuitatis. Ne operias iniquitatem eorum: et peccatum eorum coram facie tua non deleatur. quia irriserunt edificantes. Itaque edificauimus murum: et coniunximus totum vsq; ad partem dimidiam: et prouocatum est cor populi ad operandum. Factus est autem cum audisset sanaballath et tobias et arabes et ammanite et azotij quod obducta esset cicatrice muri hierusalem: et quod cepissent interrupta concludi: irati sunt nimis. Et congregati sunt omnes pariter ut venirent et pugnarent contra hierusalem: et molirentur insidias. Et orauimus deum nostrum: et posuimus custodes super murum die ac nocte contra eos. Dixit autem iudas. Debilitata est fortitudo portantis: et humus nimis est: et nos non poterimus edificare murum. Et dixerunt hostes nostri. Nesciant et ignoret donec ventamus in medium eorum et interficiamus eos. et cessare faciamus opus. Factum est autem venientibus iudeis qui habitabant iuxta eos: et dicentibus nobis per decem vices ex omnibus locis quibus venerant ad nos: statui in loco post murum per circuitum. populum in ordinem cum gladijs suis et lanceis et arcibus. Et persperatque surrexit: et alio ad optimates et magistratus et ad reliquam partem vulgi. Nolite timere a facie eorum. Domini magni et terribilis memoretur: et pugnet per fratres vestros filios vestros et filios vestros et vxoribus vestris et domibus vestris. Factum est autem cum audissent inimici nostri nunciatum esse nobis dissipauit dens consilius eorum. Et reuersi sumus omnes ad muros vnusquisq; ad opus suum. Et factum est a die illa: media pars iuuenum eorum faciebat opus et media parata erat ad bellum: et lancee et scuta et arcus et lorice et principes post eos in omni domo iuda edificantius muros et portantium onera et imponentium: vna manu sua faciebat opus: et altera tenebat gladium. Edificantium enim vnusquisq; gladio erat accinctus renes. Et edificabant et dangebant buccina iuxta me. Et dixi ad optimates et ad magistratus et ad reliquam partem vulgi. Opus grande est et laboriosum: et nos separati sumus in muro. pcul alter ab altero. In loco quicumque audieritis clamorem tube illuc



b

concurrere ad nos. Deus noster pugnabit pro nobis: et nos ipsi faciamus opus. Et media pars nostrum teneat lanceas ab ascensu aurore donec egrediantur astra. In tempore quoque illo dixi populo. Unusquisque cum puero suo maneat in medio iherusalem: et sint nobis vices per noctem et diem ad operandum. Ego autem et fratres mei et pueri mei et custodes qui erant post me: non deponebamus vestimenta nostra. Unusquisque tantum nudabatur ad baptismum.

**Ca. V** **¶** Factus est clamor populi et virorum eius magnus aduersus fratres suos iudeos. Et erant qui dicerent. Filii nostri et filie nostre multe sunt nimis.

Accipiamus pro precio eorum frumentum et comedamus et viuamus. Et erant qui dicerent. Agros nostros et vineas et domos nostras apponamus: et accipiamus frumentum in fame. Et alij dicebant. Mutuo sumamus pecunias in tributa regis. Demusque agros nostros et vineas: et nunc sicut carnes fratrum nostrorum: sic carnes nostre sunt: et sicut filij eorum: ita et filij nostri. Ecce nos subiugamus filios nostros et filias nostras in seruitute: et de filiabus nostris sunt famule. nec habemus unde possint redimi: et agros nostros et vineas nostras alij possident. Et iratus sum nimis cum audissem clamorem eorum super verba hec: cogitauitque cor meum. Et increpauit optimates et magistratus. et dixi eis. Usuras ne singuli a fratribus vestris erigatis. Et congregaui aduersum eos conciones magnas et dixi eis. Nos ut scitis redimimus fratres nostros iudeos qui venditi fuerant gentibus super impossibilitatem nostram. Et vos igitur vendite fratres vestros: et redimemus eos. Et siluerunt nec inuenerunt quid responderent. Dixitque ad eos. Non est bona res quam facitis. Quare non in timore dei nostri ambulatis: ne exproberet nobis a gentibus in inimicis nostris. Et ego et fratres mei et pueri mei commodauimus plurimis pecuniam et frumentum. Non repetamus in conuestud. Es alienum concedamus. quod debet nobis. Reddite eis hodie agros suos et vineas suas et oliueta sua et domos suas. Quin potius et centesimam pecunie frumenti vini et olei quam erigere soletis ab eis: date pro illis. Et dixerunt. Reddemus: et ab eis nihil queremus: sicut faciemus ut loqueris. Et vocaui sacerdotes: et ad iurauit eos ut facerent iuxta quod dixeram. Insuper excussi sinum meum et dixi. Sic excutiat deus omnem virum qui non compleuerit verbum istud de domo sua et de laboribus suis. Sic excutiat: et vacuus fiat. Et dixit vniuersa multitudo amen. Et laudauerunt deum. Fecit ergo populus sicut erat dictum. A die autem illa qua preceperat rex mihi ut essem durus in terra iuda ab anno viceesimo usque ad annum tricesimum secundum arripertis regis per annos duodecim ego et fra-

tres mei annonas que ducibus debebant non comedimus. Duces autem primi qui fuerunt ante me grauauerunt populum. et acceperunt ab eis in pane et vino et pecunia quotidie siclos quadraginta. Sed et ministri eorum decesserant populum. Ego autem non feci ita propter timorem dei. Quin potius in opere muri edificauit. et agrum non emi. et officij pueri mei congregati ad opus erant. Iudei quoque et magistratus centum quinquaginta viri. et qui veniebant ad nos de gentibus que in circuitu nostro sunt in mensa mea erant. Parabat autem mihi per dies singulos bos unus arie res sex electi: et ceptis volatilibus. et inter dies decem vina diuersa: et alia multa tribuebam. Insuper et annonas ducatur mei non quasi. Valde enim attenuatus erat populus. Memoro mei deus meus in bonum super omnia que fecit populo huic.

**Ca. VI** **¶** Actum est autem cum audisset sanaballath et tobias et gosem arabs et ceteri inimici nostri quod edificasset ego murum. et non esset in tempore residua interruptio. usque ad tempus autem illud valuas non posueram in portis. miserunt sanaballath et tobias et gosem arabs ad me dicentes. Veni et percutiamus fedus patris in viculis in capite vno. Ipsi autem cogitabant ut facerent mihi malum. Misit ergo ad eos nuncios dicens. Opus grande ego facio et non possum descendere ne forte negligat cum venero et descendero ad vos. Miserunt autem ad me super verbum hoc per quattuor vices. et rudi eis iuxta sermonem priorem. Et misit ad me sanaballath iuxta verbum prius quanta vice peruerit suus. et epistolam habebat in manu sua scriptam bene modo.

In gentibus auditum est. et gosem dixit: quod tu et iudei cogitetis rebellare. et propterea edifices murum: et leuare velis super eos regem: propter quam causam et prophetas posueris qui predicent de te in iherusalem: dicentes. Rex in iudea est. Auditum est et rex verba hec. Idcirco nunc veni ut ineamus consilium pariter. Et misit ad eos dicens. Non est factum super verba hec que tu loqueris. De corde enim tuo tu componis hec. Des enim hi terrebant nos cogitantes quod cessarent manus nostre ab opere et quiesceremus. Quam ob causam magis confortauimus manus meas. Et ingressus sum domum samarie filij dalai filij methabeel secreto. Qui ait. Tractemus nobiscum in domo dei in medio templi et claudamus portas edis. quia venturi sunt ut interficiant te. et nocte venturi sunt ad occidendum te. Et dixit. Non quicquam similis mei fuit. Et quod ut ego ingredieris templum et viueris. Non ingrediar. Et intellexi quod deus non misisset eum: sed quasi vaticinans locutus esset ad me. et tobias et sanaballath condurissent eum. Acceperat enim precium ut territus facerem et peccarem et haberem malum quod exprobarent mihi. Memoro mei domine pro

1. xij. b

a

b

c

5. v. d



bia et sanaballath: iuxta opera eorum talia. Et et noadie pphete et ceterorum pphetarum qui terre-  
 bant me. Compleverunt autem murus vicefimo quon-  
 to die mensis elul quinquaginta duobus diebus.  
 Factum est ergo cum audissent omnes inimici no-  
 stri ut timerent universas gentes que erant in circui-  
 tu nostro: et ceciderent intra semetipsos. et sciret  
 quod a domino factum est opus hoc. Sed et in diebus  
 illis multe optimatum iudeorum epistole mittebantur  
 ad tobiam: et a tobiam veniebant ad eos. Multum  
 enim erant in iudea habentes iuramentum eius  
 quod generatim erat sechenie filii iozei. et iohanna filii  
 eius acceperat filiam mosollam filii barachie. Et  
 et laudabant eum coram me: verba mea nunciant  
 ei. Et tobias mittebat epistolas ut terreret me.  
 Et. S. Durata civitate porte clauduntur et  
 apponuntur custodes: legis liber census eorum  
 qui ascenderant populi babilonie: requiruntur  
 habitatores de hierusalim. Et cuncti de sacerdotio  
 qui suam genealogiam non inveniunt dantur mu-  
 nera in opus. Hucusque refertur sine decreto hi-  
 storia neemie.

Ca. VII

**D**istinctus autem edificatus est murus: et  
 posui valvas: et recessi ianitores et  
 cantores et levitas. Precepi autem fra-  
 tri meo et ananie principi domus de  
 hierusalim. Ipse enim quasi vir verax et timens deum plus  
 ceteris videbatur. Et dixi eis. Non aperiant por-  
 te hierusalim usque ad calorem solis. Quisq; adhuc assis-  
 terent: clausa porte sunt et oppillate. Et posui  
 custodes de habitatoribus hierusalim: singulos per  
 vices suas. et unumquemque contra domum suam.  
 Civitas autem erat lata nimis et gradibus et popu-  
 lus parvus in medio eius: et non erant domus edi-  
 ficate. Deus autem dedit in corde meo et congre-  
 gaui optimates et magistratus et vulgus ut re-  
 censerem eos. Et inveni librum census eorum qui ascen-  
 derant primum: et inventum est scriptum in eo. Isti  
 filii provincie qui ascenderunt de captivitate mi-  
 grantium quos transtulerat nabuchodonosor rex  
 babilonis: et reversi sunt in hierusalim et in iudeam  
 unusquisque in civitates suas: qui venerat cum zeroba-  
 bel iosue neemias azarias raamias. naamim.  
 mardocheus. belsar. mespbarat. beggoai. naui.  
 baana. Numerus virorum populi israel. Filii pha-  
 ros duo milia centum septuaginta duo. Filii sa-  
 phatia trecenti septuaginta duo. Filii area ser-  
 centi quinquaginta duo. Filii phetmoab filiorum  
 iosue et ioab duo milia octingenti decem et octo  
 Filii belai. mille octingenti quinquaginta qua-  
 tuor. Filii zethua nongenti quinquaginta quinque. Fi-  
 lii zachai. septingenti sexaginta. Filii banui. sex-  
 centi quadragesimo octo. Filii bebai. sexcenti vigi-  
 ntiocto. Filii azgad. duo milia trecenti viginti  
 duo. Filii adoniam. sexcenti sexaginta septem. Filii  
 beguai duo milia sexaginta septem. Filii adin  
 sexcenti quinquaginta quinque. Filii atber filii ezechie-  
 nongentiocto. Filii azem. trecenti vigintiocto.  
 Filii besai trecenti viginti quatuor. Filii areph.  
 centum duodecim. Filii gabaon. nonaginta quinque  
 Filii beiblee et netbupba. centum octoginta octo.

Virii anathot centum vigintiocto. Virii betha-  
 moth. quinquaginta duo. Virii cariatbiam cephis  
 ra et beroth. septingenti quinquaginta tres. Virii ra-  
 ma et nebo. sexcenti viginti unus. Virii mach-  
 mas. centum viginti duo. Virii betbel et chai. du-  
 centi viginti tres. Virii nebo alterius quinquagi-  
 ta duo. Virii belaz alterius. mille ducenti quin-  
 quaginta quatuor. Filii arem. trecenti viginti.  
 Filii hiericho trecenti quinquaginta quinque. Filii  
 lodadin. et ono. septingenti viginti unus. Filii  
 senaa. tria milia nongenti triginta. Sacerdotes  
 Filii Jdaia in domo iesua. nongenti septuas-  
 ginta tres. Filii emmer. mille quinquaginta  
 duo. Filii phessur. mille ducenti quadragesimo  
 septem. Filii are. mille decem et septem. Levi-  
 te. Filii iosue et cedmibel filiorum odute. septuagi-  
 ta quatuor. Cantores. Filii asaph. centum qua-  
 draginta octo. Ianitores. Filii sellu. filii atber  
 filii thelmon. filii accub. filii atbita. filii sobai.  
 centum triginta octo. Natbimeci. Filii soa. filii  
 asupha. filii thebaoth. filii ceros. filii siao. filii  
 fadon filii lebana. filii azaba filii celmon. filii  
 anan. filii geddel. filii gaer. filii raata. filii rasin  
 filii nechoda. filii iezem. filii aza. filii phasea. fi-  
 lii besai. filii munim. filii nephusim. filii becbue  
 filii acupha. filii azur. filii bessuth. filii maيدا.  
 filii arsa. filii berchos. filii zizara. filii tbema. fi-  
 lii nafia. filii atupha. filii servorum salomonis  
 filii sothai. filii sopberech. filii pberuda. filii ia-  
 bala. filii dercon. filii fedel. filii saphara. filii a-  
 cbil. filii phocereth qui erat ortus ex asoaim fi-  
 lio ammoo. Omnes natbimeci et filii servorum  
 salomonis. trecenti nonaginta duo. Hi sunt au-  
 tem qui ascenderunt de thelmala. thelarfa che-  
 rub. adon: et emmer. et non potuerunt indicare  
 domum patrum suorum. et semen suum. vtrumque  
 israel essent. Filii dalacia. filii tobias. filii necho-  
 da sexcenti quadragesimo duo. Et de sacerdotibus  
 filii iobia. filii accos. filii berzella. qui ac-  
 cepit de filiabus berzella galaaditidis uxorem  
 et vocatus est nomine eorum. Hi quiesierunt. scri-  
 pturam suam incensu et non inveniunt. et cie-  
 cti sunt de sacerdotio. Dixitque atbersatba eis  
 ut non manducarent de sanctis sanctorum: do-  
 nec stare sacerdos doctus et eruditus. Om-  
 nis multitudo quasi vir unus. quadragesimo  
 milia sexcenti sexaginta: absque servis et ancillis  
 eorum. qui erant septem milia trecenti trigin-  
 ta septem: et inter eos cantores et cantatrices  
 ducente. Equi eorum sexcenti triginta septem  
 muli eorum ducenti quadragesimo quinque. ca-  
 meli eorum quadringenti triginta quinque. asini  
 sex milia septingenti viginti. Hucusque refer-  
 tur quid in commentario scriptum fuerit. Et in  
 neemie historia teritur. Nonnulli autem de prin-  
 cipibus familiarum dederunt in opus. Atber-  
 satba dedit in thesaurum. auri drachmas mil-  
 le: phialas quinquaginta. tunicas sacerdotales  
 quingentas triginta. Et de principibus familiarum  
 dederunt in thesaurum operis: auri drachmas  
 viginti milia: et argenti minas duo milia duce-



tas. Et quod dedit reliquis populus: auri drachmas viginti milia. et argenti minas duo milia et tunicas sacerdotales sexagintaseptem. Habuerunt autem sacerdotes et leuite et ianitores et cantores et reliquum vulgus et nathiniei. et omnis israel in ciuitatibus suis.

**C. S.** Congregatur populus in hierusalem. Esdras stat super gradum ligneum: et leuitis imperantibus silentium apertum et distincte legit populo legem dei. Afferunt populi de monte frondes: et celebrant tabernaculorum festum. **Ca. VIII**

**Q**uoniam venerat mensis septimus. Filii autem israel erant in ciuitatibus suis. Congregatusque omnis populus quasi vir unus ad plateam que est ante portam aquarum. et dixerunt esdre scribe ut afferret librum legis moysi: quos preceperat dominus israeli. Attulit ergo esdras sacerdos legem coram multitudine virorum et mulierum. cunctisque qui poterant intelligere in die prima mensis septimi. Et legit in eo aperte in platea que erat ante portam aquarum de mane usque ad mediam diem in conspectu virorum et mulierum et sapientium. Et aures omnis populi erant erecte ad librum. Stetit autem esdras scriba super gradum ligneum quem fecerat ad loquendum: et steterunt iuxta eum: mathania et senia et ania et vria et belchia et maasia ad dexteram eius: et ad sinistram phadaia misabel et mechia et asu et aseph dana zacharia et mosollam. Et aperuit esdras librum coram omni populo. Super uniuersum quippe populum eminebat. Et cum aperuisset eum stetit omnis populus. Et benedixit esdras domino deo voce magna. Et respondit omnis populus: amen: amen. eleuans manus suas. Et incuruati sunt et adorauerunt dominum patrem in terram. Porro iesue et baani et serabi. iam. accub. septu. odia. maasia. celita. azarias. iozabet. anani. phalasia. leuite filium faciebant in populo ad audiendam legem. Populus autem stabat in gradu suo. Et legerunt in libro legis dei distincte et aperte ad intelligendum et intellexerunt cum legeretur. Dixit autem neemias. ipse est atbersatha et esdras sacerdos et scriba et leuite interpretantes uniuerso populo. Dies sanctificatus est domino deo nostro. Nolite lugere et nolite flere. Stabat enim omnis populus cum audiret verba legis. Et dixit eis. Ite comedite pingua et bibite mulsum et mitte partes eis qui non preparauerunt sibi: quia sanctus dies domini est et nolite contristari. Banius enim domini est fortitudo nostra. Leuite autem silentium faciebant in omni populo dicentes. Tacete quia dies sanctus est. et nolite dolere. Habuit itaque omnis populus ut comederet et biberet et mitteret partes et faceret leticiam magnam quia intellexerat verba que docuerat eos. Et in die secundo congregati sunt principes familiarum uniuersi populi sacerdotes et leuite ad esdras scribam ut interpretaret eis verba legis. Et inuenerunt scriptum in lege preceptum se dominum in manu moysi ut habitent filii israel in

tabernaculis in die solenni mense septimo. et ut predicent et diuulgent vocem in uniuersis urbibus suis et in hierusalem dicentes. Egredimini in montem. et afferte frondes oliue. et frondes ligni pulcherrimi. frondes myrti et ramos palmarum et frondes ligni nemorosi ut fiat tabernacula sicut scriptum est. Et egressus est omnis populus et attulerunt. Feceruntque sibi tabernacula unusquisque in domo suo et in atrijs suis et in atrijs domus dei. et in platea porte aquarum et in platea porte ephraim. Fecit ergo uniuersa ecclesia eorum qui redierant de captiuitate tabernacula. et habitauerunt in tabernaculis. Non enim fecerant ea diebus iosue filii nuntialia filii israel usque ad diem illum. Et fuit leticia magna nimis. Legit autem in libro legis dei per singulos a die primo usque ad diem nouissimum. et fecerunt solennitatem septem diebus et in die octauo collectam iuxta ritum.

**C. S.** De penitentia populi alienigene viros et filii abiciuntur. Esdras narrat domini beneficia et peccata principum commemorat. fedus percipiunt cum domino tam populus quam esdras. **Ca. IX**

**I**n die autem vicefimo quarto mensis huius conuenerunt filii israel in seimio et in saccis et humis super eos. Et separatum est semen filiorum israel ab omni filio alienigena. et steterunt et confitebantur peccata sua et iniquitates patrum suorum. Et consurrexerunt ad standum. et legerunt in volumine legis domini dei sui quater in die et quater in nocte confitebantur. et adorabant dominum deum suum. Surrexerunt autem super gradum leuitarum iosue et bani. et cedmibel. remmi. sabani. abani. sarebias. bani. et thanai. et clamauerunt voce magna ad dominum deum suum. Et dixerunt leuite iosue et cedmibel. boni. asebia. serebia. arebia. odia. sebna. fataia. Surgite Benedicite domino deo nostro ab eterno usque in eternum. Et benedicat nomen glorie tue excelso in omni benedictione: et laude. Et dixit esdras. Tu ipse domine solus: tu fecisti celum et celum celorum: et omnes exercituum eorum: terram et uniuersa que in ea sunt. maria et omnia que in eis sunt. Et tu uiuificas omnia hec: et exercitus celi te adorat. Tu ipse domine deus qui elegisti abraham et eduxisti eum de igne chaldeorum et posuisti nomen eius abraham. et inuenisti cor eius fidele coram te: et percussisti eum eo fedus ut dares ei terram chanaan et dei euebi et ammorei et pherezei et iebusei et geregesei: ut dares semini ei. Et implesti verba tua quoniam iustus es. Et vidisti afflictionem patrum nostrorum in egypto. clamoremque eorum audisti super mare rubrum: et dedisti signa atque portenta in pharaone et in uniuersis seruis eius et in omni populo terre illius. Cognouisti enim quia superbe egerat contra eos et fecisti tibi nomen: sicut et in hac die. Et mare diuisisti ante eos. et transferunt per medium maris in sicco. Persecutores autem eorum percussisti in et fun-

D

A

B  
Bene. xi. g.

Exod. iij. b



Exod. xxiij. c  
 dum quasi lapidem in aquas validas. et in colūna nubis ductor eorum fuisti per diem. et in colūna ignis per noctē. ut appareret eis via per quā ingrediebant. Ad montē quoque synai descēdisti et locutus es cū eis de celo. et dedisti eis iudicia recta et legem veritatis cerimonias et p̄cepta bona. Et sabbatum sanctificatū tuū ostendisti eis. et mandata et cerimonias et legē p̄cepisti eis in manu moyfi serui tui. Panē quoque de celo dedisti eis in fame eorum: et aquas de petra eduxisti eis sitientibus. Et dixisti eis ut ingrederent et possiderent terrā super quam leuasti manū tuā ut traderes eis. Ipsi vero et patres nostri superbe egerunt et indurauerunt ceruices suas. et non audierunt mandata tua. et noluerunt audire. et non sunt recordati mirabilium tuorum que feceras eis. Et indurauerunt ceruices suas. et dederunt caput ut conuerterent ad seruitutē suā quasi per contēdēs. Tu autem deus propitius clemens et misericors longanimis et multe miserationis non dereliquisti eos. Et quidem cum fecissent sibi vitulum conflabilem et dixissent. Iste est deus tuus qui eduxit te de egypto feceruntque blasphemias magnas: tu autē in misericordijs tuis multis nō dimisisti eos in deserto. Colūna nubis non recessit ab eis per diem ut duceret eos in viam. et colūna ignis per noctes ut ostenderet eis iter per quod ingrederent. Et spiritū tuum bonum dedisti qui doceret eos: et māna tuum non prohibuisti ab ore eorum: et aquā dedisti eis in siti. Quadraginta annis pauisti eos in deserto. nihilque eis defuit. Vestimenta eorum nō inueterauerunt. et pedes eos nō sunt attriti. Et dedisti eis regna et populos: et partitus es eis sortēs. Et possederunt terrā seon: et terram regis esebou: et terram og regis basan. Et multiplicasti filios eorum sicut stellas celi: et adduxisti eos ad terram de qua dixeras patribus eorum ut ingrederent et possiderent. Et venerunt filij et possederunt terram. Et humiliasti coras eis habitatores terre chananeos: et dedisti eos in manu eorum. et reges eorum et populos terre ut facerent eis sicut placebat illis. Exerunt itaque urbes munitas et humū pingue et possederunt domos plenas cunctis bonis. cisternas ab eis fabricatas. vineas et oliueta et ligna pomifera multa. Et comederunt et saturati sunt: et impinguati sunt. et abundauerunt delitijs in bonitate tua magna. Prouocauerunt autem te ad iracundiam et recesserunt a te: et proiecerunt legem tuā post terga sua. Et p̄betas tuos occiderunt qui contestabant eos ut reuerterent ad te: feceruntque blasphemias grandes. Et dedisti eos in manu hostium suorum. et affixerunt eos. Et in tempore tribulationis sue clamauerunt ad te: et tu de celo audisti. et secundum miserationes tuas multas dedisti eis saluatores. qui saluarent eos de manu hostium suorum. Quoniam requeuissent reuersi sunt ut facerent malū in conspectu tuo: et dereliquisti eos in manu inimicorum

corum suorum et possederunt eos. Conuersique sunt et clamauerunt ad te. Tu autē de celo et audisti et liberasti eos in misericordijs tuis multis temporibus. et contestatus es eos ut reuerterent ad legem tuam. Ipsi vero superbe egerunt et non audierunt mandata tua: et in iudicijs tuis peccauerunt que faciet homo et uiuet in eis. Et dederunt bumerū recedentē et ceruicem suam indurauerunt nec audierunt. Et protraxisti super eos annos multos et contestatus es eos in spiritu tuo per manū p̄betarū tuorum et nō audierunt et tradidisti eos in manū populorum terrarū. In misericordijs autē tuis plurimis non fecisti eos in cōsumptionem nec dereliquisti eos: quoniam deus miserationū et clemens es tu. Nūc itaque deus noster. magne fortis et terribilis. custodiens pactum et misericordiam. ne auertas a facie tua omnē laborem quē inuenit nos reges n̄ros: principes nostros: et sacerdotes n̄ros et p̄bas n̄ros: et oēs pplm tuū a diebus regis assur vsque in diem hanc. Et tu iustus es in omnibus que uenerunt super nos quia ueritatē fecisti nobis. nos autē impie egimus. Reges nostri. principes nostri. sacerdotes nostri. et patres nostri. non fecerunt leges tuas: et non attenderunt mandata tua et testimonia tua que testificatus es in eis. Et ipsi in regnis suis bonis et in bonitate tua multa quā dederas eis et in terra latissima et pingui quā tradideras in conspectu eorum. non reuerterunt tibi. nec reuersi sunt a studijs suis pessimis. Ecce nos ipsi bodie serui sumus: et terra quam dedisti patribus nostris ut comederent panē eius. et que bona sunt eius. et nos ipsi serui sumus in ea. Et fruges eius multiplicantur regibus quos posuisti super nos p̄pter peccata nostra et corporibus nostris dñant. et iumentis nostris secundum uoluntatē suam. et in tribulatione magna sumus. Super omnibus ergo his nos ipsi percutimus sedes et scribimus. et signat principes nostri leuite nostri et sacerdotes n̄ri.

¶ L. S. De signatoribus federis ad dñi statu erunt de oblationibus faciendis. offerunt primitie dantur decime de terris de operibus. X

**S**ignatores autē fuerunt: necmias athersatba filius achelai. et sedecbias saraías azariás. bieremias. p̄bessur a marias melcbias. accus sebenia. mel luc. maaren. merimutb. obdías. daniel. ḡrbon baruch. mosollam. abia. miamin. mazia. belga. semeia. bī sacerdotes. Porro leuite. Josue filius azarie. bennut. de filijs enadad. cedmibel et fratres eorum sebenia. odenia. celita p̄balaia. anā. mīcha roob assebia zachur. serebia. sabania. o dia. banī. baninu. Capita populi ferof. p̄betmo ab. elam. zethu. banī bonni. azgad. bebaí. adonai. beggoai. adin atber. ezechia. azur. odenia asū. besai. aretb. anarbot. nebai. mechp̄bia. mosollā. azir. mesizabel. sadoch. ieddua. feltbia. anā ania. osee. anania. asub. aloes. p̄baleam. sobech reum. asebna. madfia. etbaia. banan. anan mel



**B** Iud. arā. baana. et reliqui de populo. Sacerdotes leuitice ianitores et cantores natbinnei. et omnes qui se separauerunt de populis terrarum ad legem dei. uxores eorum: filii eorum. et filie eorum omnes qui poterant sapere spondentes pro fratribus suis optimates eorum et qui veniebant ad pollicendum et iurandum ut ambularent in lege domini quam dederat in manu moysi serui sui ut facerent et custodierent uniuersa mandata domini dei nostri et iudicia eius et ceremonias eius et ut non daremus filias nostras populo terre. et filias eorum non acciperemus filiis nostris. Populi quoque terre que important uenalia et omnia ad usum per diem sabbati ut vendant: non accipimus ab eis in sabbato et in die sanctificato.

**E** Et dimittentur annu septimum et exactione uniuerse manus. Et statuemus super nos precepta ut demus tertiam partem fidei pro annu ad opus domus dei nostri ad panes. propositionis. et ad sacrificium sempiternu et in holocaustis sempiternum in sabbatis: in kalendis: in solentatibus et in sanctificationis pro peccato ut exoretur pro israel et in omnem usum domus dei nostri. Hortes ergo misimus super oblatione lignorum inter sacerdotes leuitas et populum ut inferrentur in domu dei nostri pro domos patrum nostrorum per tempora a temporibus anni usque ad annu ut arderet super altare domini dei nostri. sicut scriptum est in lege moysi. Et ut offerremus primitiuam terrae nostrae: et primitiuam uniuersi fructus omnis ligni. ab anno in annu in domo domini. et primitiuam filiorum nostrorum et pecorum nostrorum sicut scriptu est in lege: et primitiuam bouum nostrorum et ouium nostrarum ut offerent in domo dei nostri sacerdotibus qui ministrant in domo dei nostri. Et primitias ciborum nostrorum et libaminu nostrorum et poma omnis ligni: vindemie quoque et olei afferremus sacerdotibus ad gazophilatium dei nostri: et decimas partem terre nostrae leuitis. Ipsi leuite decimas accipient et oibus ciuitatibus operu nostrorum. Erunt autem sacerdos filius aaron cum leuitis in decimis leuitarum. et leuite offerent decimam partem decime suae in domo dei nostri ad gazophilatium in domo thesauri. Ad gazophilatium enim deportabunt filii israel et filii leui primitias frumenti et uini et olei. et ibi erunt uasa domini sanctificata. et sacerdotes et cantores et ianitores et ministri. et non dimittemus domu dei nostri.

**E. S.** Decima pars populi tollitur ad habitandum in bierusalem. quodam spore offerunt. noianf qui habitauerunt in bierusalem et in ciuitatibus iuda. **Ca. XI**

**H**abitauerunt autem principes populi in bierusalem. Reliquia uero plebs misit sortem ut tollerent unam partem de decem que habitaturi essent in bierusalem ciuitate sancta: nouem uero partes in ciuitatibus. Bndixit autem populus oibus uiris qui se spore obtulerant ut habitarent in bierusalem. Ibi sunt itaque principes puincie qui habitauerunt in bierusalem et in ciuitatibus iuda. Habitauerunt autem unusquisque in possessione sua in urbibus suis israel. sacerdotes: leuite

te natbinnei: et filii seruorum salomonis. Et in bierusalem habitauerunt de filiis iuda et de filiis beniamin. De filiis iuda athaias filius aziam: filii zacharie: filii amarie: filii saphatie: filii malabel. De filiis pbaresbismaafia: filii baruch filius colozā filii azia: filius adata: filii ioarib filius zacharie: filii filonites. Omnes uero filii pbares qui habitauerunt in bierusalem: quadringentis erant gintanouem uiri fortes. Ibi sunt autem filii beniamin. Sellum filii mosollā: filii ioed: filii pbadā: filii colāia: filius massa: filii etbeel: filii esaia. Et post eum gebbai: sellai: nonaginti uiginti octo. Et iobel filius zechri propositus eorum: et tudas filius sennua super ciuitate secundus. Et de sacerdotibus idāia: filius ioarib: iachin. saraia filius belchie: filii mosollā: filius sadoch: filius meraiotb: filius achitob: principes domus dei et fratres eorum facientes opera templi: octingenti uiginti duo. Et adata filii ieroam: filius pbeleia. filius amsi: filii zacharie: filius pbestur: filius melchie. et fratres eius principes patrum. ducenti quadraginta duo. Et amasai filii azribel: filius azi: filii mosollamoth: filius emmer et fratres eorum potentes nimis: centum uiginti octo: et propositus eorum zabdibel filii potentium. Et de leuitis: sebenia filius asoph: filii azarica: filius asabia: filius bonni: et sabbatbai. et iosabeth super omnia opera que erant forissecus in domo dei a principibus leuitarum. Et mathania filius micha filius zebedei: filii asaph princeps ad laudandum et ad confitendum in oratione: et becherias secundus de fratribus eius. et abda filius samuba: filius galal: filius iditbun. Omnes leuite in ciuitate sancta. ducenti octoginta quattuor. Et ianitores: accub: telmon et fratres eorum qui custodiebant ostia: centum septuaginta duo. Et reliqui ex israel sacerdotes et leuite in uniuersis ciuitatibus iuda: unusquisque in possessione sua et natbinnei qui habitabant in ofel: et syaba et gaspba de natbinneis. Et episcopus leuitarum in bierusalem azi filii baani: filius asabie: filius mathanie: filius micbe. De filiis asaph. cantores in ministerio domus dei. Preceptum quippe regis super eos erat et ordo in cantoribus per dies singulos: et fataia filius mesezebel de filiis zara filii iuda in manu regis iuxta omne orbem populi. et in domibus per omnes regiones eorum. De filiis iuda habitauerunt in cariatharbe. et in filiabus eius: et in dibon et in filiabus eius et in capseel et in uiculis eius: et in iesue. et in molada. et in bethpbalet et in asersual: et in bersabee: et in filiabus eius: et in sicelech et in mochona et in filiabus eius: et in remon. et in sara. et in ierimoth. zonoa. odollam et in uillis earum: lachis et in regionibus eius azecha et in filiabus eius. Et manserunt in bersabee usque ad uallem bennō. Filii autem beniamin ageba mechmas et bai et bethel et filiabus eius: anathor: nob. anana. asor. rama. gethai. madid. seboim. neballath. et ono ualle artif. cum: et de leuitis.



## Neemie qui est Esdre secundus

portiones iude et beniamin.

**C. L. S.** Recensent sacerdotes et leuite qui uenerunt cum zorobabel. dedicatur murus ciuitatis populo in hierusalem congregato. recensentur custodes thesaurorum ad oblationem victorum. **XII**

**H** sunt autem sacerdotes et leuite qui ascenderunt cum zorobabel filio sala-  
thiel. Josue: saraias: hieremias: esdras  
amarias: melluch: acbus: sebenias:  
reui: merimuth: addo: genthon: abia: miamin:  
madia: belga: semeia: et ioarib: et idaia: sellum  
amoch: elceia: adaia. Isti principes sacerdotum  
et fratres eorum in diebus josue. Porro leuite  
jesua: bennui: cedmibel: sarabia. iuda mathani-  
as. super hymnos ipsi et fratres eorum et bec-  
becia. atque ethani et fratres eorum unusquisque  
in officio suo. Josue autem genuit ioachim. et  
ioachim genuit eliasib. et eliasib genuit ioiada  
et ioiada genuit ionatban. et ionatban genuit  
sedda. In diebus autem ioachim erant sacerdo-  
tes et principes familiarum saraias. maarie. bie-  
remie. ananie. esdre. mosollam. amarie. ioban-  
na. milico. ionatban. sebenie. iosep. aram. edna  
maraioth. elci. adaias. zacharie. genthon. mosol-  
lam. abie. zeduri. miamin. et moadie. feltbi. bel-  
ge. sammua. semeie. ioatban. ioarib. mathanai  
iodaias. azzai. sellaias. celaias. mochober. elchie. ase-  
bie. idaias. natbanabel. Leuite in diebus eliasib  
et ioiada et iona. et sedboa scripti principes fa-  
miliarum et sacerdotes in regno darii pse. Fi-  
lij leui principes familiarum scripti in libro  
chorum dierum: et usque ad dies ionatban filij  
eliasib. Et principes leuitarum asebia. serebia.  
et iesue filius cedmibel et fratres eorum per-  
ces suas ut laudarent et confiterentur iuxta pre-  
ceptum dauid uiri dei. et obseruarent eque per-  
ordinem. Mathania et becbecia et obedias mo-  
sollas thelmon accub. custodes portarum et vesti-  
bulorum ante portas. Hi in diebus ioachim filij  
josue. filij iosedech. et in diebus neemie ducis  
et esdre sacerdotis scribes. In dedicatione au-  
tem muri hierusalem requisierunt leuitas de omni-  
bus locis suis. ut adducerent eos in hierusalem  
et facerent dedicationem. et leticiam in actione gra-  
tiarum et cantico. et in cymbalis psalterijs et ci-  
tharis. Congregati sunt autem filij cantorum  
et de campestribus circa hierusalem et de vil-  
lis netuphati. et de domo galgal. et de regionibus  
geba et asmaueth. quoniam villas edifica-  
uerunt sibi cantores in circuitu hierusalem. Et  
mundati sunt sacerdotes et leuite et mundaue-  
runt populum et portas et murum. Ascendere au-  
tem feci principes iuda super murum et statui  
duos choros laudantium magnos. Et ierunt ad  
dexteram super murum ad portam sterquilinam. Et  
fuit post eos osaias. et media pars principum iu-  
da et azarias. esdra. et mosollas. iuda et benia-  
min. et semeia. et hieremia. Et de filiis sacerdo-  
tum in tubis zacharias filius ionatban. filius se-  
meie. filius mathanie. filius micbaie. filius ze-  
chur. filius asaph. et fratres eius semeia et azarel

malalai. galalai. maai. natbanael et iuda et ana-  
nai. in uasis cantici dauid uiri dei et esdras scri-  
ba asse eos in porta fontis. Et contra eos ascen-  
derunt in gradibus ciuitatis dauid in ascensu  
muri super domum dauid et usque ad portam aqua-  
rum ad orientem. Et chorus secundus gratias re-  
ferentium ibat et aduerso: et ego post eum et me-  
dia pars populi super murum et super turrum furno-  
rum et usque ad murum latissimum: et super portam  
epbraim: et super portam antiquam: et super portam  
piscium et turrum ananabel. et turrum emath. et  
usque ad portam gregis. et steterunt in porta custo-  
die. Steteruntque duo chori laudantium in domo dei  
et ego et dimidia pars magistratum meum. Et sa-  
cerdotes eliabim. maasia. miamin. micbea. eli-  
oenai. zacharia. et anania in tubis et maasia et  
semeia et eleazar et azi et iobannas et melchia  
et elan et ezer. Et clare cecinerunt cantores: et  
iesraias prepositus. Et immolauerunt in die illa  
victimas magnas et letati sunt. Deus enim letis-  
ficauerat eos leticia magna. Sed et uxores eo-  
rum et liberi gauisi sunt. et audita est leticia il-  
la hierusalem paucis. Recensuerunt quoque in die  
illa uiros super gazophylatiam thesauri. ad liba-  
mina et ad primitias et ad decimas ut introfer-  
rent per eos principes ciuitatis in decore gratia-  
tiarum actiones sacerdotes et leuitas. quia letifica-  
tus est iuda in sacerdotibus et leuitis assistantibus.  
Et custodierunt obseruationem dei sui. et ob-  
seruationem expiationis et cantores et ianito-  
res iuxta preceptum dauid et salomonis filij eius:  
quia in diebus dauid et asaph ab etordio erant  
principes constituti cantorum in carmine laudan-  
tium et confitentium deo. Et omnis israel in diebus  
zorobabel et in diebus neemie dabant partes ca-  
toribus et ianitoribus per dies singulos et san-  
ctificabant leuitas: et leuite sanctificabant filios  
os aaron.

**C. L. S.** Deuteronomium legis separant a hierusalem alienigene. sacerdotum partes et leuitarum ponuntur in gazophylatium domus domini. de basis tobie que esdras precepit extra gazophylatium ministris templi reddunt partes. **Cap. XIII**

**I**n die autem illo lectum est in volumine moysi audiente populo. Et inuentum est scriptum in eo quod non debeant introire ammonites et moabites in ecclesiam dei usque in eternum eo quod non occurrerint filiis israel cum pane et aqua et conduxerunt aduersum eos balaam ad maledicendum eis et conuertit deus non ster maledictionem in benedictionem. Factum est autem cum audisset legem. separauerunt omnem alienigenam ab israel. et super hoc erat eliasib sacerdos qui fuerat prepositus in gazophylatium domus dei nostri. et primus tobie. Fecit ergo sibi gazophylatium grande et ibi erant ante eum reponentes munera et thuris et uasa et decimam frumenti uini et olei. partes leuitarum et cantorum et ianitorum et primitias sacerdotales. In omnibus autem his non fuit in hierusalem. quia in anno tricesimo secundo artaxerxis regis babilonis ueni ad regem. Et in his



ne dierum rogavi regem et veni in hierusalem  
 Et intellexi malum quod fecerat beliasib tobie  
 ut faceret ei thesaurum in vestibulis domus dei. et  
 malum mihi visum est valde. Et profeci vasa do-  
 mus tobie foras de gazophylatio. preceptis et  
 emundaverunt gazophylatium. Et reuli ibi va-  
 sa domus dei sacrificium et thubus. Et cognovi quod  
 partes leuitarum non fuissent date. et fugisset  
 unusquisque in regionem suam de leuitis et can-  
 toribus et de his qui ministrabant et egi cau-  
 sam adversum magistratus et dixi. Quare des-  
 reliquimus domum dei? Et congregavi eos et  
 feci stare in stationibus suis. Et omnis iuda ap-  
 portabat decimam frumenti: vini et olei in hor-  
 rea. Et constitui super horrea selemiam sacer-  
 dotem. et sadoch scribam: et sadasam de leuitis  
 et iuxta eos anan filium zachur. filium matha-  
 nie. quoniam fides comprobati sunt. et ipsis cre-  
 dite super partes fratrum suorum. Memento mei  
 deus meus pro hoc. et ne deleas miserationes  
 meas quas feci in domo dei mei et in ceremo-  
 niis eius. In diebus illis vidi in iuda calcan-  
 tes rotularia in sabbato portantes acervos et  
 onerantes super asinos vinum et vias. et ficus  
 et officium onus et inferentes in hierusalem die sab-  
 bati. Et contestatus sum eos ut in die qua ven-  
 dere liceret venderent. Et thyrin habitauerunt  
 in ea. inferentes pisces et omnia venalia. Et ven-  
 debant in sabbatis filii iuda et hierusalem. Et  
 obiurgavi optimates iuda et dixi eis. Que est  
 hec res mala quam vos facitis et prophanatis  
 diem sabbati. Numquid non hec fecerunt patres  
 nostri et adduxit deus noster super nos omne  
 malum hoc et super civitatem hanc. Et vos ad-  
 ditis iracundiam super israel. violando sabbatum  
 Factum est autem cum quiescissent porte hie-  
 rusalem die sabbati: dixi. et clausurunt ianuas  
 et precepi ut non aperirent eas usque post sabba-  
 tum. Et de pueris meis constitui super portas  
 ut nullus inferret onus die sabbati. Et manse-  
 runt negotiatores et vendentes universa venalia  
 foris hirs semel et bis et prestatum sum eos et di-  
 xi eis. Quare manetis et adverso muri. Si se-  
 cundo hoc feceritis manum mittam in vos. Itaque et te-  
 pore illo non venerunt in sabbato. Dixitque leuitis  
 ut mudarentur et venirent ad custodiendas portas  
 et sanctificandum diem sabbati. Et pro hoc quod memoro  
 mei deus et pro peccato mihi super multitudinem miserationum  
 tuarum. Sed et in diebus illis vidi iudeos ducetes uxores  
 azoticas. ammoniticas et moabiticas. Et  
 filii eorum ex media parte loquebantur azorice et nesci-  
 ebant loqui iudaice. et loquebantur iuxta linguam  
 populi et populi. Et obiurgavi eos et maledixi. Et ce-  
 cidit et eis viros et decalcavit eos: et adiuravi in  
 deo ut non darent filias suas filiis eorum et non ac-  
 ciperent de filiabus eorum filios suos et sibi me  
 ipsis dicens. Numquid non in huiusmodi re pec-  
 cavit salomō rex israel? Et certe in gentibus mul-  
 tis non erat res filis eius. et dilectus deo suo erat  
 et posuit eum deus regem super omnem israel. Et ipsi  
 sunt duxerunt ad partem mulieres alienigenas. Numquid

et nos inobedientes faciemus omne malum gratia  
 de hoc: ut peraricemur in deo nostro. et ducamus  
 uxores peregrinas. De filiis autem iofada filii es-  
 lasib sacerdotis magni. gener erat sanaballa  
 th bozonitis quem fugavi a me. Recordare domine  
 deus meus adversum eos qui polluunt sacerdo-  
 tium. iusque sacerdotale et leuiticum. Ergitur mun-  
 davi eos ab omnibus alienigenis. et constitui ordi-  
 nes sacerdotum et leuitarum unumquemque in mi-  
 nisterio suo: et in oblatione lignorum in temporibus  
 constitutis et in primitiis. Memento mei  
 deus meus in bonum. Amen.

5.v.d.7.5.e.

¶ Explicit liber Neemie. ¶ In-  
 cipit liber Esdre tertius.

¶ E. S. Quomodo iofias celebras pascha. de-  
 dit populo oves et agnos. moris iofias et con-  
 stituitur hieremias filius eius pro eo quem ama-  
 vit rex egypti constituens fratrem eius ioachim  
 pro eo. de transmigracione babilonis. de sede  
 cbia. et destructione hierusalem.

¶ La. I

**F**ecit iofias pa-  
 sca in hierosolymis domino et im-  
 molavit pascha quarta decima lu-  
 na primi mensis statuens sacer-  
 dotes pro vicibus diebus stolis am-  
 ctos in templo domini. Et dixit

H  
 in re. xxij. e  
 ii. pa. xxxv. a

leuitis sacris servis israel. ut sanctificarent se  
 domino in positione sancte arce domini in domo quam  
 edificavit salomō filius david rex. Non erit vobis  
 tollere super humeros eam. Et nunc deservite domino  
 vestro. et curam agite gentis illius israel ex pre-  
 sentibus pagis et tribus vestras. secundum scripturas david  
 regis israel. et secundum magnificentiam salomonis fi-  
 lii eius. omnis in templo. et secundum particulam principa-  
 tus paternarum vestrarum que stant in conspectu fra-  
 trum filiorum israel. Immolate pascha et sacri-  
 ficia pascite fratribus vestris. et facite secundum precep-  
 tum domini quod datum est moysi. Et donavit iofias  
 in plebem quam inuenta est. ovium agnorum et hedorum  
 et caprarum triginta milia: vitulos tria milia. hec  
 de regalibus data sunt secundum permissionem populo  
 et sacerdotibus in pascha. oves numero duo milia  
 lina. ac vituli centum. Et sechonias et semeias  
 et nathanabel fratres. et asabias et oziel et co-  
 raba in pascha: oves quinque milia. vitulos quin-  
 gentos. Et hec cum fierent eleganter: steterunt  
 sacerdotes et leuite habentes asyma pro  
 tribus. Et secundum presertim principatus patrum in con-  
 spectu populi offerebant domino secundum ea que in li-  
 bro moysi scripta sunt. Et assauerunt pascha igni  
 prout oportebat: et hostias coperunt in emolis  
 et in ollis cum benivolentia. Et attulerunt om-  
 nibus qui erant et plebe. et post hec paraverunt  
 sibi et sacerdotibus. Sacerdotes enim offerebant  
 adipem usque dum finita esset hora et leuite pa-  
 raverunt sibi et fratribus suis filiis aaron. Et sa-  
 crificatores filii asa ob erant pro ordine secundum pres-  
 rti

B



ceptus dauid. Et asaph et zacharias et seddim<sup>9</sup> qui erat a rege: et ostiarii per singulas ianuas. ita ut non paricaretur vnusquisque suaz. Fratres enim illoz parauerunt illis. Et consummata sunt que pertinebant ad sacrificium domini. In illa die egerunt pascha. et offerebant hostias super domini sacrificium secundum preceptum regis iosie. Et egerunt filii israel qui inuenti sunt in tempore illo pasche. et diem festi azymoz per dies septem. Et non est celebratum pascha tale israel a temporibus samuel prophete. Et omnes reges israel non celebrauerunt tale pascha quale egit iosias et sacerdotes et leuite et iudei et omnes israel: qui inuenti sunt in commoratione hierosolymis. Octauo decimo anno regnante iosia celebratum est pascha. Et directa sunt opera iosie in conspectu domini sui in corde pleno metuentia et que circa illum quidem conscripta sunt in pristinis temporibus de eis qui peccauerunt quibus irreligiosi fuerunt in domino pro omni gente. et qui non quesierunt verba domini super israel. Et post omnem actum hunc iosie ascendit pharao rex egypti veniens in charis ab itinere super euf raten et exiit in obuiam illius iosias. Et misit rex egypti ad iosiam: dicens. Quid mihi et tibi est rex iude? Non sum missus a domino ut pugnem contra te. Super euf raten enim bellum meum est. Festinans descende. Et non est reuersus iosias super currum: sed expugnare eum conabatur. non attendens verbum prophete et ore domini sed constituit ad eum bellum in campo mageddo. Et descenderunt principes ad regem iosias. Et dixit rex pueris suis. Amouete me a prelio. infirmatus sum enim valde. Et statim amouerunt eum pueri ipsius de acie. Et ascendit super currum secundarius suum: et puenit hierosolymam vita functus est: et sepultus est in paterno sepulcro. Et in tota iudea lugebant iosiam. et qui presidebant cum vxoribus lametabant eum usque in hunc diem. Et datum est hoc fieri semper in omne genu israel. Hec autem prescripta sunt in libro bystoziarum regum iude. et singula gesta actus iosie et eius gloria: et intellectus eius in lege domini. queque gesta sunt ab eo. et que non scripta sunt in libro regum israel et iude. Et assumptes qui erant ex gente sechonias filium iosie. constituerunt regem pro iosia patre suo cum esset annorum trigintatrium et regnavit super israel mensibus tribus. Et amouit eum rex egypti ne regnaret in hierosolymis. et multauit gentes argentum talenta centum et auri talentum vnum. Et constituit rex egypti ioachim fratrem ipsius regem iude et hierusalem. et alligauit magistratum ioachim et zaracel fratrem suum: et apprehendes reduxit in egyptum. Annorum erat ioachim viginti quibus cum regnare cepisset in terra iuda et hierusalem. et fecit malum in conspectu domini. Post hunc autem ascendit nabuchodonosor rex babilonis et alligans eum in areolo vinculo perduxit in babiloniam. et sacra vasa domini accepit nabuchodonosor. et tulit et consecrauit in templo suo in babilonia. Nam de imundicia illius. et

irreligiositate scriptum est in libro temporum regum. Et regnavit ioachim filius eius pro eo. Cum autem constitutus est. erat annorum octo. Regnavit autem menses tres. et dies decem in hierusalem. et fecit malum in conspectu domini. Et post annum mittens nabuchodonosor transmigravit eum in babiloniam simul cum sacris vasibus domini. et constituit sedechiam regem iuda et hierusalem cum esset annorum viginti vnus. Regnavit autem annis vndecim. Et fecit malum in conspectu domini. et non est veritus a verbis que dicta sunt ab hieremia propheta et ore domini et adiuratus a rege nabuchodonosor periurans discessit et indurata ceruice sua et corde suo. transgressus est legitima domini dei israel. Et duces populi domini multa iniurie gesserunt. et imple egerunt super omnes imundicias gentium. et polluerunt templum domini quod sanctum erat in hierosolymis. Et misit deus patrum ipsorum per angelum suum reuocare eos: propter quod parceret illis et tabernaculo suo. Ipsi vero subsanabant in angelis suis. et que die locutus est dominus erat illudentes prophetis eius. Qui usque ad iracundiam concitatus est. super gentem suam: propter irreligiositatem suam et precepit ascendere reges chaldeorum. Hi occiderunt iuvenes eorum in gladio. in circuitu sancti templi eorum et non pepercerunt iuueni et seni et virgini et adolescenti. sed omnes traditi sunt in manus ipsorum et omnia sacra vasa domini: et regales apothecas resumetes tulerunt in babiloniam: et incenderunt domum domini: et demolierunt muros hierusalem. et turres eius incenderunt in igne. Et consummauerunt omnia bonificia eius. et ad nihilum redegerunt et reliquos a gladio duxerunt in babilonem. Et erant serui illius usque dum regnarent perse. in repletione verbi domini in ore hieremie quousque benigne ageret terra sabbata sua. Omni tempore desertionis sue sabbatizauit in applicatione annorum septuaginta septem.

**C. S.** Cyrus dat licentiam iudeis ut redeant in hierusalem. dans etiam eis vasa templi. mittitur artaxerxi epistola. accusans iudeos ne reedificent ciuitatem.

**Capit. II**  
**R**egnante cyro rege persarum in consummatione verbi domini in ore hieremie suscitauit dominus spiritum cyri regis persarum. et predicauit in toto regno suo simul per scripturam: dicens. Hec dicit cyrus rex persarum. Ne constituit regem orbis terrarum dominus israel dominus excelsus. et significauit mihi edificare domum sibi in hierusalem que est in iudea. Si quis est ex genere vestro dominus ipse ascendat cum eo in hierusalem. Quotquot ergo circa loca habitent adiuuent eos qui sunt in loco ipso in auro et argento in dationibus curuis et iumentis cumque aliis que secundum vota apponuntur in edem domini que est in hierusalem. Et stantes principes tribuum pagorum et iudee et tribu beniamin et sacerdotes et leuite quos excitauit dominus ascendere et edificare domum domini que est in hierusalem. et qui erant in circuitu eorum adiuue

iii. rg. ccc. f.  
 ij. par. xxv. c.

D

R

ij. pa. ccc. l.  
 i. Esdre. i.



B  
Esdræ. 7. c

rant in omni auro et argento ei⁹ et iumentis et  
votis q̄ plurib⁹ multi quoz sensus excitat⁹ est  
Et cyrus rex ptulit vasa sacra dñi q̄ transtulit  
nabuchodonosor rex babilonis et hierl'm. et  
psecrauit ea idolo suo. Et pferens ea cyr⁹ rex  
psarum tradidit mitridato q̄ erat sup thesau⁹  
ros ipius. Per hunc aut tradita sunt salmana  
saro p̄sidi iudee. Hoꝝ aut hic numerus. Libato  
ria argētea. duo milia q̄dringēta: at̄hisee argē  
tee triginta. pbiale auree triginta. item argen  
tee duo milia q̄dringente. et alia vasa mille.  
Omnia aut vasa aurea et argentea quinq̄ mi  
lia octingenta setaginta. Et enumerata sunt  
salmanasaro simul cuz bis q̄ et captiuitate ba  
bylonie venerant in hierosolymā. In artater  
ris autem regis psarū temporibus scripserūt  
ei de his q̄ inhabitant in iudea et hierl'm. balsa  
mus et mitridatus et sebellius et rathim⁹ bal  
themus samellius scriba. et reliqui inhabitant  
es in samaria et ceteris locis subiectam epi  
stolam regi artaterri. Dñe pueri tui rathimus  
ab accidentibus. et sabellius scriba et reliqui  
curie tue iudices in celesyriam et pbenicez. Et  
nūc notum sit dño regi. qm̄ iudei q̄ ascenderūt  
a vobis ad nos venientes in hierl'm ciuitatē  
refugam. et pessimā. edificant furnos ei⁹ et sta  
tuunt muros. et templū suscitant. Qd̄ si ciuitas  
ista et muri consumati fuerint. nō tantum tri  
buta nō sustinebunt pendere. sed etiā regib⁹  
resistent. Et q̄ id agitur circa templum recre  
baberī arbitrati sum⁹ nō despiciere hoc ipsum  
sed notum facere dño regi. vt si videbif rex: q̄  
ratur in libris patrum tuoz et inuenies i am  
monitionibus scripta de his scies qm̄ ciuitas  
ista fuit refuga. et reges et ciuitates cōcuties  
et iudei refuge. et prelia cōmittentes in ea ab  
eterno. ob quā cām ciuitas ista deserta ē. Nūc  
ergo notuz facimus dñe rex qm̄ si ciuitas hec  
edificata fuerit et hui⁹ muri erecti fuerint. de  
scensus tibi nō erit in celesyriam et pbenicem  
Tunc scripsit rex rathimo q̄ scribebat acciden  
tia et baltbimo et sabellio scribe. et ceteris cō  
stitutis et inhabitantibus in syria et pbenice  
ea que subiecta sunt. Legi epistolam quā misi  
stis mibi. Precepti ergo inquiri. et inuentuz est.  
qm̄ ciuitas illa est ab euo regibus resistens: et  
hoies refuge et plia in ea efficientes. et reges  
fortissimi erant in hierl'm dñantes et tributa  
erigentes. a celesyria et pbenice. Nūc ergo p̄  
cepi pbibere hoies illos edificare ciuitatez. et  
prohibere ne qd̄ ultra hec fiat. sed nec pcedāt  
in plurimum. et quo sunt malicentavt regib⁹  
molestia importef. Tūc recitatis bis que a re  
ge artaterre scripta fuerāt rathimus et sabel  
lius scriba et q̄ cum bis cōstituti erant iungen  
tes festinanter venerūt in hierl'm. cum equita  
tu et turba et agmine. ceperuntq̄ edificantes  
pbibere. Et vacabant ab edificatione templi  
in hierusalem. vsq̄ secundo anno regni darij  
regis persarum.

¶ E. S. Interrupta est restauratio vsq̄ ad

xxv. annum darij. fecit cenam magnā darius  
rex psarum. de tribus custodientibus corpus  
regis. primus horū sua proponit. Ea. III

**R**ex dari⁹ fecit cenā magnā oibus  
vernaculis suis. et oibus magistrat⁹  
ribus medie et psidis et omni⁹ pur  
puratis. et p̄toribus et psulibus. et p̄  
fectis sub illo ab india vsq̄ erbiopiam. cen  
tum vigintiseptē puñcijs. Et cū māducaissent  
et bibissent et satiati reuerterent. tunc dari⁹  
rex ascendit in cubiculo suo. et dormiuit. et et  
pergefactus est. Tūc illi tres iuvenes corpis  
custodes q̄ custodiebant corpus regis dixerūt  
alter alteri. Dicamus vnusq̄sq̄ nostrū sermo  
nem q̄ p̄cellat. et cuiuscūq̄ apparuerit sermo  
sapientior alterius dabit illi rex darius dona  
magna purpura coop̄ri. et in auro bibere et su  
per aurum dormire. et currū aureo freno. et cy  
darim byssinam et torquē circa collū et scdo lo  
co sedebit a dario p̄pter sapientiam suaz et co  
gnatus darij vocabitur. Tūc scribētes singulū  
suum verbū significauerūt. et posuerūt subtus  
cervical darij regis. et dixerūt. Eunq̄ surrexerit  
rex dābimus illi scripta nostra. et qd̄cūq̄  
iudicauerit rex e trib⁹ et magistrat⁹ psidis qm̄  
verbū eius sapientius est. ipi dabit victoria si  
cut scriptū est. Tm̄ scripsit. Forte est vinum.  
Alius scripsit. Fortior est rex. Tertij scripsit.  
